CLAVDII TVTII

Archipresbyteri Hoſtiliani I. C.

NOVÆ REPETITIONES DVÆ.

Rubricæ nimirum & Legis Unicæ, C. quando non pet. part.
Legis item Prægnantis, ff. de Pœnis.

QVÆSTIONES PRÆTEREA XVIII.

in materia Iuris Patronatus Eccleſiaſtici.

Et Allegationes in iure Quinquaginta, diuerſis in cauſis,
& foris ab eodem ex facto propoſitæ.

Omnibus tam in Scholis, quàm in foro verſantibus perutiles & neceſſariæ.

Indice adiecto rerum pariter, & verborum copioſiſſimo.

CVM PRIVILEGIO.

VENETIIS, Apud Hieronymum Polum. 1597.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM.

ILLVSTRISSIMO
AC REVERENDISSIMO
D. D. OCTAVIO FRANGIPANI
Mirto, Epiſcopo Tricaricenſi,

Ac Apoſtolicæ Sedis ad inferiorem Germaniam Nuncio, cum poteſtate Legati de latere,

Domino ſuo colendiſſimo.

CVM ab ineunte mea adoleſcentia Iureconſulti perſonam appetiui, eam poſt aliquot annos, & non ſine magno labore adeptam, ita ſuſtinere, ita eius partes gerere ſum conatus, vt in tanta legali ſcientia decere exiſtimaui. Nunc autem, quæcumque in foro diſſerui, & in priuatis nonnullorum controuerſijs, vel in Vicarij Generalis officio Epiſcopatus Tricaricenſis, ſub olim Reuerendiſſimis Dominis Antonio Capreolo Romano, ac Ioanne Baptiſta Santonio Grauinate Tricaricenſium Epiſcopis, docui, cum per plures annos fui in eo officio verſatus, in lucem proferre decreui; vt ſi quę in illis eſt vtilitas, cum ijs, qui poſt me erunt, communicetur. Verum enimuero ſolent hi, qui aliquid in vulgus emittunt, curare, vt in alicuius Principis nomine appareat: vt illius auctoritate dignitateque tutum ſit opus ab

CLAVDII TVTII V.I.D.

ARCHIBRESBYTERI HOSTILIANI

Repetitio in Rubr. & l. Unic. C. Quan. non petent. part.

SVMMARIVM.

1 *Præfationes libentius nos inducunt ad lectionem propoſitæ materiæ.*
2 *Ius accreſcendi verſatur circa varia.*
3 *Cauſæ quatuor requiruntur, & concurrunt ad rem efficiendam, & quæ ſunt.*
4 *Cauſa efficiens quæ dicatur in hac noſtra materia.*
5 *Ius accreſcendi a quo iure ſit introductum, & num. 7. 13. & 21.*
6 *Ius accreſcendi an locum habeat in teſtamento militis.*
8 *Subſtitutio eſt ex mente teſtatoris.*
9 *Dictio quaſi, quando importet improprietatem, & quando veritatem.*
10 *Acceſſio quæ ſit vni ex hæredibus, ſit per modum alluuionis.*
11 *Teſtator non poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*
12 *Verba quiſquis hæres erit, conueniunt illi, qui eſt hæres ex voluntate defuncti.*
14 *Ius accreſcendi non habet, qui portionem habet ex iure ſpeciali.*
15 *Argumentum non ſumitur ex diuerſis, & num. 140.*
16 *Militis voluntas ſeruari debet.*
17 *Ius accreſcendi prohibetur per diſtinctionem.*
18 *Miles poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.*
19 *Bonorum poſſeſſio contra tabulas datur à prætore contra voluntatem teſtatoris.*
20 *Ius accreſcendi habet locum inter eos, qui rumpunt teſtamentum per bonorum poſſeſſionem contra tabulas.*
22 *Ius accreſcendi hæreditarium non poteſt prohiberi à teſtatore.*
23 *Cauſa materialis quæ ſit in hac materia noſtra.*
24 *Iuri accreſcendi ad hoc vt ſit locus, quæ requiruntur, & num. 39.*
25 *Cauſa formalis, quę ſit in hac materia noſtra.*
26 *Ius accreſcendi non habet locum inter ſuccedentes ex iure diuerſo, & nu. 50.*
27 *Cauſa finalis, quę ſit in hac materia noſtra.*
28 *Prętor non poteſt facere hæredem, nec vt qui eſt hęres deſinat eſſe hæres.*
29 *Iuri accreſcendi ad hoc, vt ſit locus requiritur, vt ſint plures perſonę.*
30 *Hęres vniuerſalis inſtitutus non poteſt vnam rem adire, & alteram repudiare. & numero 35.*

CLAVDII TVTII V. I. D.

ARCHIPRESBYTERI HOSTILIANI

Repetitio l. prægnantis, ff. de pœnis.

SVMMARIVM.

1 *Vlpiani laus.*
2 *Fœmina fragilis eſt, & in ea carnis ſtimulus magis ardet.*
3 *Amoris furore nihil vehementius.*
4 *Amor dependet ex animo.*
5 *Mulier quando dicitur magis accenſa, vbi multa de mulierum natura, & earum fructibus.*
6 *Fœminæ ſunt ſtultæ.*
7 *Stultus maius damnum facit, quàm ſceleratus & ignorans.*
8 *Fœmina cor mutabile habet.*
9 *Fœmina ſemper laborat incontinentia.*
10 *Medicamentum etiam bonum dicitur venenum.*
11 *Iudex non debet ſtatim punire inquiſitum.*
12 *Iudex dum perquirit de delicto, quid facere debeat, & num. ſeq.*
13 *Delictum eſſe commiſſum ante omnia conſtare debet.*
14 *Peritis in arte ſtandum eſt.*
15 *Sententia fruſtra fertur, ſi exequutioni non demandetur.*
16 *Delicta non debent remanere impunita.*
17 *Damnati ſerui pęne ſtatim fiunt.*
18 *Acceſſorium quando ſequitur ſuum principale, & nu. 26.*
19 *Sententia lata ſub conditione, an valeat.*
20 *Pater an poſſit filiam adulteram occidere, & num. 27.*
Maritus an poſſit vxorem adulteram occidere, & nu. 27.
21 *Reip. intereſt vt ciuitas hominibus impleatur, & num. 29.*
22 *Reſpondens contra fiſcum in dubijs non errat.*
23 *Conſequi quod per ſe quis non poteſt, an poſſit per alios.*
24 *Filius iniquitatem matris portare non debet, & num. 28.*
25 *Conditio, quæ certè venit, conditio non dicitur.*
27 *Dolor, & iuſtus metus excuſant in multis.*

ARBOR PATRONORVM CAPELLAE S. ANNAE.

cuius primi patroni fuerunt ſex, videlicet.



Declaratio huius arboris Iuriſpatronatus.

Donnus Antonellus, Ioannes, Laurentius, Robertus, Rogerius, & Iacoba de Baione.

Vox D. Antonelli confunditur inter alios quinque patronos, uti illos fratres, & vniuerſales hæredes.

Ex Ioāne natus eſt Goffredus, ex Goffredo nati ſunt Ioānes, Antonellus, & Leonardus, & ex Ioāne procreatus eſt Laurētius, & ex Leo

nardo

CLAVDII TVTII V. I. D.
ET ARCHIPRESBYTERI HOSTILIANI

IVRIVM ALLEGATIONES, quas in diuerſorum cauſis in diuerſis foris in facto habuit.

SVMMARIVM.

1 *Petens conſeruari in poſſeſſione, videtur intentare interdictum, Vti poſſidetis, ſiue Retinendæ poſſeſſionis.*
2 *Interdictum, Vti poſſidetis ſiue Retinendæ, duo extrema requirit, & quæ ſint.*
3 *Coloni an dici poſſint poſſeſſores.*
4 *Interdictum, Vti poſſidetis, ſiue Retinendæ, non tuetur niſi poſſeſſores.*
5 *Colonis an competat aliquod interdictum.*
6 *Colonus an agat contra dominum, vt ipſe agat, vel cedat ius ſuum.*
7 *Interdictum, Vti poſſidetis, ſiue Retinendæ, competit domino contra turbantem.*
8 *Nemo ſine actione experiri debet.*
9 *Reus, actore ſine actione agente, abſoluitur.*
10 *Spoliatis competit remedium, Vnde vi.*
11 *Agens remedio, ſeu interdicto, Vti poſſidetis, cauere debet, ne dicat ſe fuiſſe poſſeſſione ſpoliatum.*
12 *Actore non probante, Reus abſoluitur, & allegat. 8. num. 40. & alleg. 26. nume. 13. & alleg. 44. num. 1.*
13 *Denunciatio alicui facta, ipſum in mala fide conſtituit.*
14 *Conſtitutus in mala fide, amittit impenſas quas in re fecit.*
15 *Probationes ſi ſunt pares, ille præfertur qui eſt in poſſeſſione.*
16 *Timenda ſunt quæ de facto fiunt à potentibus, cum eis pares eſſe non poſſimus.*
17 *Sententia non extenditur ad ea, de quibus non loquitur.*
18 *Baro poteſt locare territorium quando ſupereſt pro vſu ciuium.*
19 *Sententia non meretur allegari, cum ceſſat cauſa pro qua lata fuit.*
20 *Ius Coloniæ, ad hoc vt præſcribi poſſit, quæ requirantur.*